

0076-0088- SS Anacletus I - Epistola ad Episcopos Italiae de Ordinatione Archiepiscoporum

O93, f. 5vb; N442, f. 21va; V630, f. 21va; I83, f. 41rb; VD38, f. 37vb; SG670, f. 55a; Bcan4, f. 43r

CUIUS¹ SUPRA AD EPISCOPOS ITALIAE² DIRECTA DE ORDINATIONE ARCHIEPISCOPORUM³ ET RELIQUORUM EPISCOPORUM ATQUE SACERDOTUM ET DE FIDE CETERISQUE⁴ CAUSIS.

<N442, f. 21vb>

Anacletus⁵ episcopus universis episcopis in Italia constitutis.

Quoniam apostolicae sedis debitam reverentiam⁶ <SG670, p. 55b> erga me caritas vestra distribuit, quia⁷ plurimum⁸, carissimi filii⁹, praeuistis - nam licet¹⁰ ecclesiae, in qua sanctus apostolus residens docuit, quodammodo¹¹ <I83, f. 41va> nos gubernacula teneamus, tamen profitemur¹² nos honore et sanctitate minores esse et propterea omnino festinamus, ut ad gloriam eius beatitudinis pervenire possimus - igitur consultationibus¹³ vestris plenius responderemus, si¹⁴ licuisset, sed¹⁵ infirmitatis ac reliquarum oppressionum onere pressi, breviter, prout dominus tribuit¹⁶, ut a beato Petro principe¹⁷ apostolorum¹⁸ <V630, f. 21vb> sumus instructi, a quo et presbyter sum ordinatus, scribere vobis, sicut petistis, non denegavimus¹⁹.

Ordinationes²⁰ episcoporum auctoritate apostolica ab omnibus, <VD38, f. 38rb> qui in eadem fuerint provincia episcopis²¹, sunt²² celebrandae. Qui simul convenientes scrutinium²³ diligenter agant ieiuniumque cum omnibus precibus celebrent et manus cum sanctis evangelis, quae praedicaturi sunt, imponentes domi<SG670, p. 56a>nica die hora tertia orantes sacraque unctione exemplo prophetarum et regum capita eorum more apostolorum et Moysi unguentes, quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto, cuius virtus invisibilis sancto est chrismati²⁴ permixta²⁵, et hoc ritu²⁶ solemnem celebrent ordinationem. Quod <I83, f. 41vb> si omnes simul convenire minime poterint²⁷, assensum tamen suis precibus praebeant, ut ab ipsa <O93, f. 6ra> ordinatione animo non desint²⁸. Porro et Hierosolimitarum primus²⁹ archiepiscopus beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur, et secundum carnem domini³⁰ nuncupatus est frater, a Petro, Iacobo et Ioanne apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantes formam eorum, ut minus quam a tribus episcopis reliquisque <Bcan4, f. 43v> omnibus assensum³¹ praebentibus³² nullatenus episcopus ordinetur³³ et communi³⁴ voto ordinatio celebretur. Reliqui vero sacerdotes³⁵ a proprio ordinentur episcopo, ita ut cives et alii³⁶ sacerdotes assensum praebeant et ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter et diaconi ordinentur. Ceterorum³⁷ autem graduum distributio trium veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere potest³⁸.

Accusatio³⁹ quoque⁴⁰ eorum, super⁴¹ qua nos <SG670, p. 56b> consule<VD38, f. 38rb>re⁴² voluistis, non nisi ab idoneis et probatissimis viris, qui et suspicionibus et sceleribus⁴³ careant, fieri debet⁴⁴, quia dominus sacri sui corporis tractatores a vilibus et reprobis ac non idoneis personis infamari noluit⁴⁵ nec calumniari permisit, sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes a templo eiecit. Unde liquet⁴⁶, quod <I83, f. 42ra> summi sacerdotes, id est episcopi, a deo sunt iudi<N442, f. 22ra>candi, non ab humanis aut pravae vitae hominibus lacerandi, sed potius ab⁴⁷ omnibus⁴⁸ fidelibus portandi ipso⁴⁹ domino exemplo⁵⁰ dante, quando per seipsum et non per⁵¹ alium vendentes⁵² et ementes eiecit⁵³ de templo et mensas⁵⁴ nummulariorum⁵⁵ et⁵⁶ cathedras vendentium proprio evertit flagello et eiecit de templo. Et sicut alibi ait: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deos⁵⁷ discernit. Et alibi: Ego⁵⁸ dixi⁵⁹: Dii estis et filii excelsi omnes. Nullus enim, ut reor⁶⁰, invenitur inter nos, qui velit suum servum ab alio quam⁶¹ <V630, f. 22ra> a se iudicari⁶². Quod⁶³ si praesumptum fuerit, aut multa ipsa⁶⁴ indignatione⁶⁵ irascitur aut potius ultionem⁶⁶ <SG670, p. 57a> quaerit super eo⁶⁷. Si vero hoc inter homines agitur, quid putatis faciet deus deorum et dominus dominantium, qui⁶⁸ ultionem suorum promisit non differre⁶⁹ 70 servorum⁷¹? Unde et ipse per prophetam loquitur dicens: Deus ultionum dominus, deus ultionum <VD38, f. 38va> libere egit, et reliqua. Et apostolus inquit: Tu, quis es, qui iudicas servum⁷² alienum? Suo enim <I83, f. 42rb> domino stabit⁷³ aut cadit⁷⁴. Et ipse: Nolite iudicare in⁷⁵ invicem, sed hoc⁷⁶ iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Et dominus per prophetam inquit: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Nam si aliquis nunc in malum oculos alicuius principis incipit tractare, manifeste reus maiestatis iudicatur et infamis⁷⁷ efficitur aut potius capitali sententiae⁷⁸ subiacet.

Haec, fratres, valde cavenda sunt, et quod homines nolunt sibi fieri, deo deorum non debent inferre⁷⁹, ne forte irascatur dominus et faciet⁸⁰ vindictam eorum etiam in eos, qui non peccaverunt⁸¹, quia perit saepissime iustus pro impio. Imitandus⁸² est etiam propheta, per quem dominus ait: Per<SG670, p. 57b>ambulabo⁸³ in simplicitate⁸⁴ cordis mei, in medio domus meae, non proponebam coram oculis verbum os Belial, detrahentem⁸⁵ in abscondito sodalem⁸⁶ suum, hunc interficiebam. Et⁸⁷ hi⁸⁸ cavendi sunt, e⁸⁹ quibus Salomon ait: Sicut noxius⁹⁰ est, qui mittit lanceas et sagittas et⁹¹ mortem, sic vir, qui fraudulenter⁹² nocet amico suo, et cum fuerit deprehensus⁹³, dicit⁹⁴: Ludens <I83, f. 42va> feci. Sicut carbones ad prunas et⁹⁵ ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur <VD38, f. 38vb> rixas, verba susurrionis⁹⁶ quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris. Et si detractores quorumque⁹⁷ graviter iudicantur⁹⁸ et in perditionis laqueum cadunt, multo magis laceratores et detractores atque⁹⁹ accusatores memoratorum eius famulorum atque persecutores damnantur, et in baratrum¹⁰⁰, nisi se correxerint et per eorum satisfactionem condignam egerint¹⁰¹ poenitentiam, indubitanter vadunt et vindicibus flammis exuruntur. Quapropter oportet omnes ab his cavere <N442, f. 22rb> et non solum non¹⁰² facere, sed nec

facientibus¹⁰³ consentire¹⁰⁴, quia non solum, <SG670, p. 58a> qui faciunt, damnantur, sed qui consentiunt facientibus. De talibus et his similibus ipsa veritas ait: Vulpes foveas¹⁰⁵ habent et volucres caeli nidus, filius¹⁰⁶ autem hominis non habet, ubi caput reclinet, <V630, f. 22rb> id est, in talibus <Bcan4, f. 44r> non habitat dominus, nec ipsi manent in eo. Et Salomon loquitur dicens: Qui fodit foveam, incidet¹⁰⁷ in eam, et qui volvit lapidem, revertitur ad eum¹⁰⁸. Lingua fallax¹⁰⁹ non amat ve<I83, f. 42vb>ritatem, et os lubricum¹¹⁰ operatur ruinas. Grave est saxum et¹¹¹ onerosa arena, sed ira stulti utraque¹¹² gravior. Hominem, qui calumniatur animae, sanguinem, si¹¹³ usque ad¹¹⁴ lacum¹¹⁵ ¹¹⁶ fugerit¹¹⁷, nemo sustinet¹¹⁸, qui se iactat¹¹⁹ et <VD38, f. 39ra> dilatat¹²⁰, iurgia concitat, qui sperat in domino, sanabitur¹²¹, qui confidit in corde suo, stultus¹²² est, qui autem graditur¹²³ sapienter, ipse salvabitur. Qui fortiter premit ubera ad¹²⁴ eliciendum¹²⁵ lac, exprimit butirum¹²⁶, qui vehementer emulgitur¹²⁷, elicit¹²⁸ sanguinem, et¹²⁹ qui¹³⁰ provocat iras¹³¹, producit discordias. Haec¹³² et alia perpericulosa¹³³ considerantes apostoli statue<SG670, p. 58b>runt, ne facile¹³⁴ <O93, f. 6rb> commoverentur aut lacerarentur¹³⁵ vel accenserentur¹³⁶ columnae sanctae¹³⁷ dei ecclesiae, quae apostoli et successores eorum non immerito dicuntur. Sed¹³⁸ si quis adversus eos vel ecclesias eorum commotus¹³⁹ fuerit aut causas¹⁴⁰ habuerit, prius ad eos recurrat¹⁴¹ caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quae sananda sunt, et caritative¹⁴² emendent¹⁴³, quae iuste emendanda agnoverint¹⁴⁴. Si¹⁴⁵ autem aliqui¹⁴⁶ eos, priusquam haec¹⁴⁷ egerint, lacerare, accusare aut <I83, f. 43ra> infestare¹⁴⁸ ¹⁴⁹ praesumpserint¹⁵⁰, excommunicentur et minime absolvantur, antequam per satisfactionem¹⁵¹, ut iam dictum est, condignam egerint poenitentiam, quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione¹⁵² funguntur. Nec hoc mirum, quia¹⁵³, si quisquam¹⁵⁴ nostrum cuidam suorum legationem iniungeret, et a quoquam impediretur aut subditorum¹⁵⁵ ¹⁵⁶ suorum dispiceretur¹⁵⁷, mox indignatus irasceret, aut¹⁵⁸ talia, prout potuerit¹⁵⁹, vindicaret et ad <VD38, f. 39rb> iniuriam ac contumeliam sui hoc factum reputaret et¹⁶⁰ talionem¹⁶¹, si in prae<SG670, p. 59a>senti non poterit¹⁶², futuris temporibus redderet. Nam¹⁶³, si in hominum causa haec fiunt, quid¹⁶⁴ putatis¹⁶⁵, deus faciet de suis, qui nec capillum capitis eorum perire dixerit¹⁶⁶? Unde et dominus per Naum prophetam loquitur dicens¹⁶⁷: Deus aemulator¹⁶⁸ et ulciscens dominus, ulciscens dominus et¹⁶⁹ habens furorem, ulciscens¹⁷⁰ dominus¹⁷¹ in hostes suos et irascens ipse inimicis suis. <V630, f. 22va> Ante faciem indignationis eius, quis sta<N442, f. 22va>bit, et quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est sicut ignis, et petrae dissolutae sunt ab eo. Bonus est dominus et confortans <I83, f. 43rb> in die tribulationis et sciens sperantes in se, et reliqua¹⁷². Quaedam autem ex his iam aliis fratribus scripsimus, quae totiens sunt replicanda, quotiens fuerint¹⁷³ necessaria.

Eiectionem¹⁷⁴ ¹⁷⁵ quoque, ut supra memoratum est, summorum sacerdotum sibi dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis¹⁷⁶ concessisset. Electionem enim illorum taliter apostolus fieri iubet: Si quis sine crimine est, unius uxoris virum, filios habentem¹⁷⁷ fideles, non in accusatione¹⁷⁸ luxuria, aut non subditos, et reliqua. <SG670, p. 59b> Si¹⁷⁹ enim sine crimine sacerdos <VD38, f. 39va> eligi praecipitur, nullatenus ab hominibus¹⁸⁰ criminibus irretitis¹⁸¹ ¹⁸² accusari aut calumniari permittitur, nec ab aliis quam ab¹⁸³ his, qui sine crimine sunt, et iusta¹⁸⁴ electione¹⁸⁵, si necessitas fuerit¹⁸⁶, aut ipsi volendo¹⁸⁷ domino servire elegerint sacerdotesque¹⁸⁸ sine crimine fieri¹⁸⁹ et ordinari possint, et tales per omnia fuerint, quales eligi sacerdotes¹⁹⁰ iubentur.

Porro¹⁹¹ et Moysi praecipitur, ut eligat¹⁹² presbyteros, unde et in proverbii dicitur: Gloria senum canicies. Haec vero canicies sapientiam designat, de qua scrip<I83, f. 43va>tum est: Canicies hominum prudentia est. <Bcan4, f. 44v> Cumque nongentos et amplius annos ab Adam usque ad Abraham vixisse homines legerimus¹⁹³, nullus alius primus¹⁹⁴ appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis¹⁹⁵ convincitur. Non ergo propter decrepita senectutem, sed propter¹⁹⁶ sapientiam presbyteri nominantur. Initium enim sacerdotii Aaron fuit, licet Melchisedech prior obtulerit sacrificium¹⁹⁷, et post hunc <SG670, p. 60a> Abraham¹⁹⁸, Isaac¹⁹⁹ et Iacob. Sed hi²⁰⁰ spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Ceterum²⁰¹ Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit primusque pontificali stola indutus victimas obtulit iubente domino ac loquente <VD38, f. 39vb> ad Moysen: Accipe, inquit, Aaron et filios eius²⁰², et applicabis²⁰³ ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues²⁰⁴ Aaron vestimentis suis²⁰⁵, id est, lineam²⁰⁶ et tunicam²⁰⁷ superhumerali²⁰⁸ et rationale, quod constringes balteo, et pones tiaram in capi<V630, f. 22vb>te eius et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis²⁰⁹ fundes super caput eius, atque hoc²¹⁰ ritu con<I83, f. 43vb>secrabitur domino. Filios quoque illius applicabis et indues tunicis lineis, cingesque balteo, Aaron scilicet²¹¹ et liberos eius, et impones²¹² eis mitras, eruntque sacerdotes mei religione perpetua. Quo loco contemplari²¹³ oportet Aaron summum sacerdotem, id est episcopum²¹⁴, fuisse, porro filios eius <N442, f. 22vb> presbyterorum demonstrasse figuram. Hoc enim <SG670, p. 60b> fuit inter Aaron summum sacerdotem et filios eius, qui²¹⁵ sacerdotes erant, quod Aaron super tunicam accipiebat²¹⁶ poderem²¹⁷, stolam sanctam et coronam auream, mitram²¹⁸ et zonam auream et superhumerali²¹⁹ et reliqua, quae praefixa sunt. Filii autem Aaron super tunicas lineas cincti tantummodo et tiarati assistebant sacrificio²²⁰ domini.

<O93, f. 6va> In²²¹ novo autem testamento post Christum dominum nostrum a Petro sacerdos<VD38, f. 40ra>talis coepit ordo, quia ipsi primo pontificatus in ecclesia Christi datus est dicente domino ad eum: Tu es, inquit²²², Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam²²³ meam, et portae inferi non praevalent²²⁴ adversus eam²²⁵, et tibi dabo claves regni caelorum. Hic ergo ligandi solvendique potestatem <I83, f. 44ra> primus accepit a domino, primusque ad fidem populum gratia dei²²⁶ virtute suae praedicationis adduxit. Ceteri vero apostoli cum

eodem pari²²⁷ consortio honorem et potestatem acceperunt ipsumque principem eorum esse voluerunt. Qui etiam²²⁸ iubente domino in toto orbe dispersi evangelium praedicaverunt. <SG670, p. 61a> Ipsi quoque decedentibus²²⁹ in loco eorum successerunt²³⁰ episcopi, quorum ordinatio praetaxato²³¹ ²³² fieri debet ordine et modo, quos, qui recipit et verba eorum, deum recipit. Qui autem eos spernit²³³, eum, a quo missi sunt, et cuius²³⁴ funguntur legatione, spernit et ipse indubitanter spernetur a domino. Videntes autem ipsi apostoli messem esse²³⁵ multam et operarios paucos, rogaverunt dominum messis, ut mitteret operarios in messem suam. Unde electi ab eis²³⁶ sunt²³⁷ septuaginta discipuli, quorum typum gerunt presbyteri atque in²³⁸ eorum loco sunt constituti in ecclesia, de quorum ordinatione et reliquorum ministrorum supra di<VD38, f. 40rb>xisse sufficiat.

Porro²³⁹ quod episcopus non ab uno, sed a²⁴⁰ cunctis consensu aut²⁴¹ praesentia²⁴² comprovincialium²⁴³ est ordinandus, et nullatenus minus <I83, f. 44rb> quam²⁴⁴ a tribus ceteris consentientibus cunctis, idcirco instituenti domino fieri iubetur, <V630, f. 23ra> ne aliquid contra fidem ecclesiae unius²⁴⁵ tyrannica²⁴⁶ auctoritas²⁴⁷ moliretur²⁴⁸ et regula vel fides confunderetur credentium²⁴⁹.

Provinciae²⁵⁰ autem multo ante Christi adventum tempore <Bcan4, f. 45r> divisae sunt maxima ex parte <SG670, p. 61b> et postea ab apostolis et beato Clemente praedecessore²⁵¹ nostro ipsa divisio est renovata et in capite provinciarum²⁵², ubi dudum primates legis²⁵³ erant saeculi ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas civitates commorabantur, quando eis²⁵⁴ necesse erat²⁵⁵, qui ad aulam imperatorum vel regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant²⁵⁶ pro oppressionibus vel iniustitiis suis ipsosque appellabant, quo<N442, f. 23ra>tiens opus erat, sicut in lege eorum praeeptum erat. Ipsi²⁵⁷ ²⁵⁸ ²⁵⁹ quoque in civitatibus vel locis nostri²⁶⁰ ²⁶¹ patriarchas vel primates, qui unam formam tenent, licet diversa sint nomina, leges²⁶² ²⁶³ divinae et²⁶⁴ ecclesiasticae²⁶⁵ <VD38, f. 40va> poni²⁶⁶ et esse iusserunt, ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent eosque²⁶⁷ appellarent, et ipsi nomine primatum²⁶⁸ fruerentur²⁶⁹ et²⁷⁰ <I83, f. 44va> non²⁷¹ alii. Reliquae²⁷² vero metropolitanae civitates, quae²⁷³ minores iudices habebant²⁷⁴, licet maiores comitibus essent, habent²⁷⁵ metropolitanos suos, qui praedictis iuste oboedirent primatibus, sicut et²⁷⁶ in legibus saeculi olim ordinatum erat, qui non primatum²⁷⁷, <SG670, p. 62a> sed aut metropolitanorum²⁷⁸ aut archiepiscoporum nomine fruerentur. Et licet singulae metropoles civitates suas provincias habeant²⁷⁹, et suos metropolitanos²⁸⁰ habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant²⁸¹ saeculares, primates tamen, ut²⁸² praefixum est, et tunc et nunc habere iussae sunt, ad quos post sedem apostolicam summa negotia convenient, ut ibidem, quibus necesse²⁸³ fuerit, releventur²⁸⁴ et iuste²⁸⁵ restituantur, et hi, qui iniuste opprimuntur, iuste reformentur atque²⁸⁶ fulciantur, episcoporumque²⁸⁷ causae et summorum²⁸⁸ negotiorum iudicia²⁸⁹ salva²⁹⁰ ²⁹¹ apostolicae sedis auctoritate iustissime terminentur. Haec ab antiquis, haec ab²⁹² apostolis, haec a sanctis <VD38, f. 40vb> patribus accepimus, vobisque, ut postulastis, rimanda²⁹³ et futuris te<I83, f. 44vb>nenda temporibus mittimus, et reliquis fratribus praedicanda ac²⁹⁴ cunctis fidelibus tradenda mandamus, ne pastorum imperitia, qui sequuntur, deteriores fiant dicente domino per prophetam: Ipsi pastores ignoraverunt intellegentiam, quos rursus dominus detestatur dicens: Et tenentes legem nescierunt me. <V630, f. 23rb> Nesciri ergo veritas se ab eis conquaeritur²⁹⁵ ²⁹⁶ et <SG670, p. 62> nescire²⁹⁷ se²⁹⁸ principatum nescientium protestatur, quia profecto hi, qui ea, quae sunt domini, nesciunt, a domino nesciuntur Paulo attestante²⁹⁹, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc³⁰⁰ et psalmista non optantis animo, sed prophetantis mysterio³⁰¹ denuntiat <O93, f. 6vb> dicens: Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Obscuratis³⁰² ergo oculis dorsum flectitur³⁰³, quoniam, cum³⁰⁴ lumen scientiae perdunt, qui³⁰⁵ praecunt, sine dubio ad portanda³⁰⁶ peccatorum onera inclinantur³⁰⁷ sequentes. Hic ergo inter manus latronum et dentes furentium luporum utumque versamur³⁰⁸.

Ideo et docere alios et nos ipsos, prout dominus dederit, providere debemus. <I83, f. 45ra> Sane³⁰⁹ ³¹⁰ <VD38, f. 41ra> percussor³¹¹ ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. Ideo tenere vos et omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit consolari in doctrina sancta et contradicentes redarguere, et recte viventes <N442, f. t23rb> atque rectam fidem tenentes consolidare. <SG670, p. 63a> <Bcan4, f. 45v> Illis³¹² ergo³¹³, qui dicunt, quod filius in eo minor est, quia propheta inquit: Verbum faciet dominus brevium universo orbi, ita respondendum divinis est testimoniis: Verbum brevium, quod dominus faciet³¹⁴ super terram non imminutionem³¹⁵ deitatis in filio dei significat, sed dispensationem susceptae carnis annuntiat, in qua³¹⁶ dispensatione non solum³¹⁷ patre hominis filium, sed etiam³¹⁸ angelis legimus minoratum Paulo apostolo attestante: Eum autem, inquit, modice³¹⁹ minus quam³²⁰ angelis minoratum vidimus Iesum propter passionem mortis gloria et honore coronatum. Et infra: Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens: Annuntiabo nomen tuum fratribus meis, in me<I83, f. 45rb>dio ecclesiae laudabo te. Et propheta inquit: Minorasti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum, et ut verbum dei patris brevium non esse in filio doceamus, <VD38, f. 41rb> hanc ex³²¹ Isaiae prophetae³²² volumine sententiam³²³ approbamus: Numquid adbre<SG670, p. 63b>vius factus est sermo meus³²⁴ ³²⁵ aut parvus, ut non possim redimere? Aut non est in me virtus ad liberandum? dicit dominus omnipotens. Et iterum: Haec dicit dominus omnipotens: Numquid abbreviata³²⁶ est manus mea, ut salvare non possit? Aut non potest vivificare cor humilium et spiritum contritorum? Et ut brachium patris, quae <V630, f. 23va> manus est, filium esse doceret³²⁷, intulit dicens: Paravit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium et videbunt omnes fines terrae salutare eius. Nam et novissimo tempore³²⁸ hic sensus non inaniter poterit coaptari, in quo tempore dominus pro redemptione nostra carnem³²⁹ suscipiendo³³⁰ advenit, ut et illum, qui habebat mortis imperium, sua morte

destrueret, et eos, quos in tenebris et umbra mortis captivos subegerat³³¹ ³³², virtutis³³³ suae potentia in ipso parvo et³³⁴ exiguo³³⁵ temporis³³⁶ spacio liberaret. De hoc etiam exiguo tempore discipulos instruebat, dum <I83, f. 45va> eos in lucem³³⁷, cum adhuc tempus haberent, incedere praemonebat: Pueri, inquit, novis<SG670, p. 64a> sima hora est, dum lucem habetis, ambulate in lucem³³⁸, ne vos tenebrae comprahendant. Et in canonicis <VD38, f. 41va> apostolorum legitur epistolis: Filioli, novissima hora est, quia multi pseudoprophetae³³⁹ exierunt³⁴⁰ in hunc mundum³⁴¹. Et Paulus apostolus: Tempus³⁴² enim breve est. Et iterum: Praeterit³⁴³ enim figura huius mundi. Et iterum: Omnia haec ad³⁴⁴ correptionem³⁴⁵ nostram facta sunt, in quos³⁴⁶ finis³⁴⁷ saeculorum³⁴⁸ obvenit³⁴⁹. Nam dominus in ipsa oratione³⁵⁰ dominica³⁵¹ brevavit nobis sermonem, dum nos a multiloquio³⁵² prohibens pauca docuerit³⁵³, quae pertineant ad salutem. Cum oratis, inquit, nolite multum loqui. Et infra: Vos autem, cum ora<N442, f. 23va> tis, dicite: Pater noster, qui es in caelis, et cetera. Non enim propheta filium dei in hoc capitulo minoratum designavit in verbo, quoniam ipse in prophetis retro tempore loquebatur, qui etiam nunc per apostolos et³⁵⁴ apostolicos viros novissimo tempore loquitur: Ego, inquit, qui³⁵⁵ loquebar in³⁵⁶ servos³⁵⁷ meos prophetas, ecce <SG670, p. 64b> adsum. Et alius <I83, f. 45vb> propheta: Sicuti est ab initio usque in saeculum, neque adiectum est ei neque minuatur illi³⁵⁸, quoniam ipse est dominus creaturae suae. Ecce quale³⁵⁹ verbum breviatum fecit dominus³⁶⁰ in orbem terrarum, non quia, ut illi putant, inferiorem patri³⁶¹ intimaret³⁶² hominibus filium, sed quia³⁶³ novissimum eius annuntiaret adventum.

Si³⁶⁴ ergo, ut praedictum est, Aaron filii³⁶⁵ presbyterorum figuram gestabant et Aaron summi <Bcan4, f. 46r> sacerdotis³⁶⁶, id est episcopi, Moyses³⁶⁷ <VD38, f. 41vb> indubitanter Christi tenebat³⁶⁸ formam, quoniam fuit³⁶⁹ similitudo mediatoris dei, qui est inter deum et hominem Iesus Christus, qui est verus dux populorum et verus princeps sacerdotum et dominus pontificum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

O93, f. 6vb; N442, f. 23va; V630, f.23va; I83, f. 45vb; VD38, f. 41vb; SG670, p. 64b; Bcan4, f. 46r

1 *Überschrift*] EPISTOLA SANCTI ANACLETI PAPAE DE PRIMORDIO VEL ORDINATIONE PONTIFICUM SG670

2 ITALIAE *korr. aus* ITALI O93

3 ARCHIEPISCOPORUM ET RELIQUORUM *fehlt* I83; VD38; Bcan4

4 CETERISQUE *korr. aus* CERISQUE VD38

5 *am Rande* XVIII Bcan4

6 *am Rande* honorem VD38

7 *quam korr. aus* quia SG670

8 plurimam SG670

9 filii *fehlt* N442

10 *am Rande* quamvis VD38

11 quodammodum VD38

12 *am Rande* manifestemur VD38

13 *am Rande* interpretationibus VD38

14 sci Bcan4

15 *sed fehlt* VD38

16 *tribuit*] *tribuit et* O93; SG670; Bcan4; *distribuit* I83

17 *principe apostolorum*] *apostolorum principe korr. aus* principe SG670

18 *apostolorum fehlt* I83; VD38; Bcan4

19 *negabimus* VD38

20 *am Rande* De ordinatione episcoporum O93

21 *episcopis fehlt* I83; SG670

22 *sunt fehlt* VD38

23 *interlinear* inquisitionem VD38

24 *chrismate* SG670; Bcan4

25 *permulgata, interlinear* pro SG670

26 *am Rande* consuetudine VD38

27 *potuerint* I83; VD38; SG670; Bcan4

28 *desint korr. aus* desinit VD38

29 *prius* Bcan4

30 *domini fehlt* VD38

31 *ascensum* VD38

32 *praebentibus korr. aus* praebentibus SG670

33 *ordinentur korr. aus* ordinetur Bcan4

34 *communi voto*] *communiter* VD38

35 *interlinear* presbyteri SG670

36 *aliis* I83

[37](#) Ceterorum autem graduum distributio trium veracium testium episcopi scilicet probatione sufficere potest
fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4

[38](#) possunt *V630*

[39](#) *am Rande* De non accusandis episcopis *O93; N442; Vor Accusatio Rubrik DE NON ACCUSANDIS EPISCOPIS VD38; am Rande XVIII Bcan4*

[40](#) quoque eorum] eorum quoque *V630*

[41](#) super] super de *VD38*

[42](#) *am Rande* hic agant *VD38*

[43](#) *am Rande* peccatis *VD38*

[44](#) debet *korr. aus* debent *VD38*

[45](#) noluit *korr. aus* voluit *SG670*

[46](#) *am Rande* manifestum est *VD38*

[47](#) ab *fehlt I83; Bcan4*

[48](#) hominibus *V630*

[49](#) ipso domino exemplo] exemplo ipso domino *N442; ipso domino exemplum VD38*

[50](#) exemplum *VD38; SG670*

[51](#) per *fehlt SG670*

[52](#) vendentes *korr. aus* vedentes *SG670*

[53](#) eieci *I83*

[54](#) menses *V630*

[55](#) nummulariorum *korr. aus* nummulariorum *SG670*

[56](#) et cathedras] cathedrasque *SG670*

[57](#) deus *N442; I83; Bcan4*

[58](#) Ego dixi *korr. aus* Ego *N442*

[59](#) dixit *Bcan4*

[60](#) *am Rande* arbitror *VD38*

[61](#) quam] qua nisi *VD38*

[62](#) iudicant *VD38*

[63](#) Quod si *korr. aus* Quod *N442*

[64](#) ipse *V630; SG670*

[65](#) indignationem *VD38*

[66](#) *am Rande* vindictam *VD38*

[67](#) eos *SG670*

[68](#) per *Bcan4*

[69](#) *am Rande* prolongare *VD38*

[70](#) differre *korr. aus* deferre *V630*

[71](#) suorum *Bcan4*

[72](#) servum alienum] alienum servum *Bcan4*

[73](#) stat *korr. aus* stabit *V630; stat VD38*

[74](#) cadet *I83; SG670; cadit korr. aus* cadet *Bcan4*

[75](#) in *fehlt V630*

[76](#) hoc *fehlt I83; SG670; Bcan4*

[77](#) *am Rande* repraehensibilis vituperabilis *VD38*

[78](#) sententia *I83; Bcan4*

[79](#) inferri *V630; N442*

[80](#) faciat *N442; SG670*

[81](#) peccaverunt] peccaverunt ut *I83; Bcan4; peccaverunt et SG670*

[82](#) Imitandus *korr. aus* imatandus *I83*

[83](#) Perambulo *Bcan4*

[84](#) simplicitate *I83; VD38; SG670; Bcan4*

[85](#) Drahentem *O93; Detrahentes Bcan4*

[86](#) *am Rande* socium *VD38*

[87](#) Et hi *korr. aus* Et *Bcan4*

[88](#) hi *fehlt I83; SG670*

[89](#) de *VD38; SG670*

[90](#) *am Rande* nocivus *VD38*

[91](#) ad *VD38*

[92](#) fradulenter *VD38; fraudulentem SG670; fraudulentem Bcan4*

[93](#) depraehensus dicit] depraehensus dicit *korr. aus* depraehensus *VD38*

[94](#) dicit *fehlt O93; N442; dicens Bcan4*

95 ac I83; SG670; Bcan4
96 am Rande secreti detractoris VD38
97 am Rande singulorum VD38
98 vindicantur I83; SG670; Bcan4
99 aque I83
100 am Rande foveam VD38
101 egerit I83; Bcan4
102 non *fehlt* N442; I83; VD38; SG670; Bcan4
103 facientibus *korr. aus* faccentibus V630
104 assentire I83; Bcan4; assentiri SG670
105 foveas *korr. aus* foves VD38
106 filius *korr. aus* filios N442
107 incidit SG670
108 eum *korr. aus* eam V630
109 fallax non *korr. aus* fallax N442
110 am Rande instabile VD38
111 et *fehlt* I83
112 utraque] in utroque *korr. aus* utraque V630; utroque I83; VD38; SG670; Bcan4
113 si usque] suisque N442; VD38
114 ad *korr. aus* a Bcan4
115 laqueum am Rande captionem perdicionem VD38
116 laqueum VD38
117 fuerit VD38
118 suscitet I83; SG670; Bcan4
119 am Rande laudat gloriatur VD38
120 delatat Bcan4
121 salvabitur VD38
122 stultus *korr. aus* sultus VD38
123 am Rande ambulat VD38
124 am Rande ad succipiendum VD38
125 deliciendum SG670
126 batirum V630
127 emulgetur VD38; emulget SG670
128 am Rande exprimit educit VD38
129 et qui *korr. aus* et N442; V630
130 qui *fehlt* VD38
131 iras] iras et VD38
132 Vor Haec Rubrik ORDO ACCUSATIONIS V630; am Rande XX Bcan4
133 periculosa V630
134 facilem I83
135 lacerarentur *korr. aus* lacerentur V630
136 accusarentur V630; SG670
137 sancti VD38
138 Sed si *korr. aus* sed V630
139 am Rande excitatus VD38
140 causas *korr. aus* casas Bcan4
141 recurrat caritatis studio, ut familiari colloquio commoniti ea sanent, quae sananda sunt, et *korr. aus* recurrat VD38
142 caritate SG670
143 emendet VD38
144 agnoverit VD38
145 am Rande XXI Bcan4
146 aliquid Bcan4
147 haec egerint] egerint haec V630
148 am Rande persequi VD38
149 am Rande Ut hi excommunicentur qui contra episcopos nequiter egerint I83
150 presumpserint *korr. aus* presumpserit I83
151 satisfactionem *korr. aus* factionem Bcan4
152 legationem I83; Bcan4
153 quia *fehlt* V630

[154](#) quisque *V630*
[155](#) subiestorum *I83*; subiectorum *Bcan4*
[156](#) subditorum eorum] a subditis suis *SG670*
[157](#) despiceretur *V630*; *SG670*
[158](#) ut *VD38*
[159](#) poterat *I83*; *SG670*; *Bcan4*
[160](#) et *fehlt I83*; *VD38*; *SG670*; *Bcan4*
[161](#) *am Rande* vindictam *VD38*
[162](#) posset *korr. aus poterit V630*; poterat *I83*; *Bcan4*; posset *korr. aus possent SG670*
[163](#) *Vor Nam Rubrik QUID SIT TALIO V630 (durch Unterstreichung gelöscht)*
[164](#) quod *Bcan4*
[165](#) putatis] putatis ut *Bcan4*
[166](#) dixit *SG670*
[167](#) dicens *fehlt SG670*
[168](#) *am Rande* indignans *VD38*
[169](#) et habens furorem *fehlt SG670*
[170](#) ulciscens *korr. aus ulciscen VD38*
[171](#) dominus] dominus et *Bcan4*
[172](#) reliqua. Quaedam autem ex his iam aliis fratribus scripsimus, quae totiens sunt replicanda, quotiens fuerint necessaria *korr. aus reliqua O93*
[173](#) fuerunt *I83*; fuerint *korr. aus fuerit VD38*
[174](#) Electionem *VD38*
[175](#) *am Rande* De electione episcoporum *VD38*
[176](#) hominibus *korr. aus bonis SG670*
[177](#) habentes *O93*; *I83*; habens *Bcan4*
[178](#) accusationem *I83*; *Bcan4*
[179](#) *am Rande XXII Bcan4*
[180](#) omnibus *I83*; hominibus] hominibus etiam *SG670*
[181](#) *am Rande* conligatis *VD38*
[182](#) irretitis *korr. aus irretitis Bcan4*
[183](#) ad *VD38*
[184](#) iuxta *I83*; *Bcan4*
[185](#) electionem *Bcan4*
[186](#) fuerit *korr. aus fierit VD38*
[187](#) volenter *korr. aus volendo SG670*
[188](#) sacerdotesque] sacerdotes quae *I83*; sacerdotes *SG670*
[189](#) fieri *VD38*
[190](#) sacerdos *I83*
[191](#) *am Rande* Quod non liceat ulli accusare episcopum nisi talis fuerit ut episcopus fieri possit *VD38*
[192](#) eligat *korr. aus ieligat I83*
[193](#) legimus *VD38*
[194](#) prius *korr. aus primus SG670*
[195](#) annos *I83*; *Bcan4*
[196](#) propter] propter suam *Bcan4*
[197](#) sacrificium] sacrificium deo *VD38*; sacrificium deo *korr. aus sacrificium Bcan4*
[198](#) Abraham] abraham et *I83*
[199](#) iasaac *VD38*
[200](#) hi *fehlt SG670*
[201](#) *am Rande XXIII Bcan4*
[202](#) eius *fehlt VD38*
[203](#) adplicabitis *Bcan4*
[204](#) induens *Bcan4*
[205](#) suis *fehlt SG670*
[206](#) linea *VD38*; *SG670*
[207](#) tunicam] tunicam et *V630*; tunica et *I83*; tunica et *VD38*; tunica *SG670*; *Bcan4*
[208](#) superhumerales et rationales] superhumerali et rationali *I83*; *VD83*; *SG670*; *Bcan4*
[209](#) occisionis *I83*
[210](#) *am Rande* hoc modo et consuetudine *VD38*
[211](#) scilicet] si licet *I83*
[212](#) inponas *O93*; *VD38*

213 *am Rande* considerare VD38
214 episcopum *korr. aus* episcopum I83
215 qui] qui et ipsi I83; SG670; Bcan4; qui et VD38
216 accipiebat *korr. aus* acciebat SG670
217 podere I83; Bcan4
218 mitra O93
219 superhumeralem I83
220 sacrificium I83; VD38; Bcan4
221 *am Rande* Quod in novo testamento a petro cepit ordo sacerdotalis VD38; XXVIII Bcan4
222 inquit *fehlt* VD38
223 ecclesiam meam *korr. aus* ecclesiam V630
224 praevabunt SG670
225 eum I83
226 die] dei et VD38
227 *am Rande* simili VD38
228 et *korr. aus* erant SG670
229 *interlinear* id est defunctis SG670
230 successerunt *korr. aus* successorum SG670
231 *am Rande* praescripto VD38
232 pretaxato *korr. aus* pretextato V630
233 spernit eum *korr. aus* spernit SG670
234 cuius Bcan4
235 esse *fehlt* SG670
236 eo SG670
237 sunt *fehlt* N442; I83; VD38
238 in *fehlt* I83
239 *am Rande* Rubrik De episcopis, primatibus et patriarchis eorumque ministerio I83; XXV Bcan4
240 ac Bcan4
241 aut *korr. aus* et O93
242 prescientia V630
243 cumprovincialium Bcan4
244 quam a *korr. aus* quam N442
245 unus SG670
246 *am Rande* crudelis VD38
247 auctoritate SG670
248 *am Rande* Praepararet conaretur VD38
249 credentium *fehlt* VD38
250 *am Rande* De episcopis, primatibus et patriarchis eorumque ministerio O93; V630 (*Vor* Proventiae); N442; VD38 (*Vor* Proventiae); XXVI Bcan4
251 praecessore SG670
252 provintiarum *korr. aus* provintiorum Bcan4
253 legis *korr. aus* leges V630; lege *korr. aus* leges SG670; leges Bcan4
254 is I83
255 erant I83; Bcan4
256 confugiebant *korr. aus* confugebant V630; Bcan4
257 Ipsi O93; I83
258 Ipsi] Ipsi si apostoli *korr. aus* Ipsi SG670; Ipsi Bcan4
259 Iphis quoque *korr. aus* Iphis N442
260 nostris N442
261 nostris patriarchas *korr. aus* nostri patriarche SG670
262 leges *korr. aus* legis V630; legis N442; I83; Bcan4
263 leges divinae] lege divina *korr. aus* leges divine SG670
264 et *fehlt* I83; SG670; Bcan4
265 ecclesie SG670
266 poni et esse] preesse SG670
267 eos I83; Bcan4
268 primatum *korr. aus* primatem V630; primatum *korr. aus* primatu SG670
269 fruerentur et non alii] fruerentur *korr. aus* fruerentur et alii SG670
270 et non *fehlt* I83; et non alii *fehlt* VD38
271 non *fehlt* I83; Bcan4

[272](#) Reliqui V630
[273](#) quae] quę si olim *korr. aus* quę SG670
[274](#) habeant I83
[275](#) haberent] haberent si nunc *korr. aus* haberent SG670
[276](#) et *fehlt* V630; N442
[277](#) *interlinear* um SG670
[278](#) metropolitaram SG670; metropolitanorum *korr. aus* metropolitaram Bcan4
[279](#) habeant, et suos metropolitanos habere debeant episcopos, sicut prius metropolitanos iudices habebant *fehlt* SG670
[280](#) metropolitanos] metropolitanos iudices V630
[281](#) habeant *korr. aus* habeant O93; V630; habeant I83; Bcan4
[282](#) *am Rande* an confirmata est VD38
[283](#) necesse I83
[284](#) revelentur Bcan4
[285](#) iniuste Bcan4
[286](#) aque I83
[287](#) episcoporum I83; SG670; Bcan4
[288](#) summarum V630
[289](#) iudica I83
[290](#) *am Rande* servata VD38
[291](#) silva I83
[292](#) ab *fehlt* I83
[293](#) *am Rande* investiganda VD38
[294](#) ac *korr. aus* a O93; V630
[295](#) *am Rande* murmurat adclamat VD38
[296](#) queritur SG670
[297](#) nescire se *korr. aus* nescire SG670
[298](#) se *fehlt* I83; VD38; Bcan4
[299](#) testante N442
[300](#) hic Bcan4
[301](#) ministerio I83; SG670; Bcan4
[302](#) Obscuratis *korr. aus* Obscuritatis V630
[303](#) inflectitur I83
[304](#) cum lumen] culmen I83
[305](#) *am Rande* qui procedunt VD38
[306](#) portandum Bcan4
[307](#) inclinatur VD38
[308](#) *am Rande* habitamus VD38
[309](#) *am Rande* Sane percussor O93
[310](#) Si I83; Sane] si quidem *korr. aus* si SG670; Sane *korr. aus* Si Bcan4
[311](#) precursor I83
[312](#) *am Rande* XXVII Bcan4
[313](#) *interlinear* autem SG670
[314](#) facit I83; Bcan4
[315](#) immutationem I83
[316](#) quali V630
[317](#) solum] solum a *korr. aus* solum SG670
[318](#) etiam] etiam ab *korr. aus* etiam SG670
[319](#) *interlinear* id est paulo SG670
[320](#) quam] quam ab *korr. aus* quam SG670
[321](#) ex *fehlt* V630
[322](#) prophetiae V630
[323](#) sententiam approbamus] approbamus scientiam V630
[324](#) meus *korr. aus* meos VD38
[325](#) meus aut *korr. aus* meus O93
[326](#) abbreviata *korr. aus* adbreata I83
[327](#) docere I83; Bcan4
[328](#) tempori I83; VD38; SG670
[329](#) carne I83; Bcan4
[330](#) suscipienda I83; Bcan4

[331](#) *am Rande* subiugaverat VD38
[332](#) subegerit I83; Bcan4
[333](#) virtus VD38
[334](#) et exigu] exigui VD38
[335](#) *am Rande* brevis VD38
[336](#) temporis korr. aus tempore V630
[337](#) luce SG670
[338](#) luce VD38; SG670
[339](#) pseudoprophetę SG670
[340](#) exierunt korr. aus exerunt O93
[341](#) modum O93
[342](#) apostolus: Tempus enim breve est. Et iterum korr. aus apostolus V630
[343](#) Preterit V630; Bcan4; Praerit I83, Preteriet VD38
[344](#) *am Rande* ad increpationem sive admonitionem VD38
[345](#) correctionem V630
[346](#) quo N442; I83; VD38
[347](#) finis korr. aus fines O93; fines V630
[348](#) saeculorum korr. aus saeculorum de I83
[349](#) obvenerunt V630
[350](#) *interlinear* pater noster SG670
[351](#) dominica fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4
[352](#) multiloquio Bcan4
[353](#) docuerint Bcan4
[354](#) et] et per I83; VD38; SG670; Bcan4
[355](#) quid VD38
[356](#) in] per in VD38
[357](#) servos meos prophetas] servis meis prophetis SG670
[358](#) illi fehlt I83; SG670; Bcan4
[359](#) qualem VD38
[360](#) dominus] dominus super VD38
[361](#) patre SG670
[362](#) *am Rande* designaret VD38
[363](#) quis korr. aus qua VD38
[364](#) Sic Bcan4
[365](#) filii presbyterorum figuram gestabant et Aaron fehlt I83; VD38; SG670; Bcan4
[366](#) sacerdotes Bcan4
[367](#) Moyses] moyses autem korr. aus moyses SG670
[368](#) tenebat korr. aus tenebant VD38
[369](#) fuit] ipse fuit korr. aus fuit fuit SG670